

- trium, vel eiusdem Severini testimonio. is enim libertatem humani arbitrii non tantum a fati sed etiam a divinae providentiae necessitate defendit^(a). nec ideo, quia providentiam neget, ut Cicero, sed quod ea non excluditur libertas arbitrii. tantum praescitur quid ea libertas possit, aut quid electura tandem inter varietates, et quid ad extremum actura sit. sed nec Augustinus et Gregorius, cum fatum reiciunt, id propterea faciunt quia seriem causarum diffiteantur, sed quia verentur, ut dixi, ne qui prolabantur, existimantes ea serie coherceri ipsam quoque voluntatem cum Dei tum angelorum bonorum malorumve, tum hominum, tum reliquorum animantium rationis expertum, si qua in his ultimis est voluntas. itaque sive fatum sit illa series, sive constellatio, sive Dei verbum, nichil est periculi concedere, modo maneat libera voluntas in electione et actione^(b). illaque superiora, quae iactantur a poetis de fati necessitate, et si qua fuerunt huiusce generis, omnia prorsus abiciantur. a qua necessitate partim iam liberi, plenius liberabimur et apertius evolvemur, soluto et explicato superiori Ciceroniano nexu de providentia, quem, cum de fato quae proposueramus absoluta sint, ut enodemus, exigere videtur quod spoondimus.
- Sum autem haudquaquam ignarus, ut etiam ante dixi, quam immensum pelagus ingrediar, quam procellosum, quam estuans: nec item nescio quibus fretus opibus aut quo presidio. tum video praeter eos, quos supra nominavi, complures alios peritissimos in hoc defecisse, cum transvadere tentassent. sed et nonnulli, quemadmodum percipere possum, eundem animum habuere, qui deinde rei magnitudinis et periculi conscii^(b) proposito decesserunt. quid autem doctos questionem hanc attigisse miramur, a qua ne indocti quidem velint sibi temperare? audeam enim dicere neminem esse aut certe rarissimos, qui non sepe vel secum in mente tractent, vel in angulis cum amico disputent, vel in compitis et multitudine fabulentur de

(a) *M* descendit (b) *M* consilii

(1) Cf. s. AUG. *De civit. Dei*, lib. V, cap. 1: «Quae [regna humana] si propterea quisquam fato tribuit, quia ipsam Dei voluntatem vel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, «linguam corrigat» — passo riportato

in forma alquanto diversa dall'Aquinate (op. cit., quaest. CXVI, art. 1) assieme con quest'altro di SAN GREGORIO (*Hom. 10. Epiphaniae*): «Absit «a fidelium cordibus ut fatum esse ali- «quid dicant».

la cui libertà ei difende anche rispetto alla prescienza;

non già perché, come Cicerone, la nega, ma perché questa è prescia dell'eventuale elezione.

Gli stessi Padri peraltro non negano il fato perché negano la serie di cause, ma ripudiano il fato, acciò niuno cada nell'errore di credere la volontà di Dio, o degli esseri creati, necessitata dalla serie stessa.

Sia dunque il fato serie o costellazione o decreto divino, purché resti libera la volontà umana, e si respingano le ciancie dei poeti intorno la necessità del fato.

Stabilito questo, viene a trattare del nodo ciceroniano intorno la prescienza.

È conscio di avventurarsi qui in un oceano sì vasto

che molti grandi ingegni non sono riusciti a traversarlo,

ed altri, scoraggiati, sono tornati indietro.

Eppure il problema attrae anche gli indotti, né esiste forse l'uomo che non abbia più volte ragionato da solo o con altri della prescienza divina.